



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum cognatio legalis impedit matrimonium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. XLII.

puerum in baptismo vel confirmatione, & ad virum hominem cognatio spiritualis paternitatis extenditur. Alia est quae dicitur spiritualis copaternitas que est inter patrem & matrem spiritualiem, unde verius, Vnus semper erit compatrium spiritualis. Alter carnis nec fallit regula talis. Ex quo patet quod inter matrem spiritualalem & patrem spiritalem non contrahitur aliqua spiritualis copaternitas, quia non coniunguntur in regeneratione spirituali nisi per accidentem, quia unus ad hoc per se sufficeret, transit autem copaternitas a viro in vxorem quandoque & quandoque non, ad vxorem enim nondum carnaliter cognitam non transit, quia nondum effecti sunt una caro, ad eam vero quod est carnaliter cognita transit spiritualis cognitio que contrahitur per actum viri sui cum leuat filium alterius de sacro fonte, vel tenet in confirmatione. Sed quando contrahitur per actum alterius tenentis filium viri sui ex alia muliere, tunc non transit spiritualis cognitio a viro in vxorem etiam carnaliter cognitam. Ex eodem modo transit vel non transit spiritualis cognitio ab uxore in virum, per uxorem enim nondum carnaliter cognitam nulla transit ad virum spiritualem cognitio, per eam vero quod est carnaliter cognita transit ad virum spiritualis cognitio per actum uxoris contracta. Quae autem contrahitur per actum alterius suscipiens filium eius ex alio viro non transit ad legitimum virum, ut patet per verius qui habentur in globo capituli Martinus de cognitione spirituali, lib. 4. Qui tales sunt. Qui mihi vel cuius mea natura fonte leuavit, haec mea conazier fieri mea non valer uxori. Si qua mea natura non ex me fonte leuavit. Hanc post fata mea non inde verbabor habere. Tertia species spiritualis cognitionis est conformatio quae est inter filium spirituali & filium carnalem eiusdem patris, haec autem intelligenda sunt secundum quoddam quando praedictae personae sunt baptizatae, quia ad alias personas non potest contrahi spiritualis cognitio, quia qui est expers spiritualis vita, in qua homo per baptismum renatur non est capax spiritualis cognitionis. Et ideo baptisans filium Iudee, vel scilicet ipsum nullam cognitionem contrahit cum ipso, quin ipsa postquam fuerit conuersa posuit eum eo contrahere. Alii vero dicunt contra, sed primum videtur probabilius dictum.

10. Quantu[m] ad tertium, scilicet qualiter cognitio spiritualis impedit matrimonium, sciendum quod aut precedit, aut sequitur, si precedit tunc impedit contrahendum & dirimit contractum, quod intelligendum est de cognatione spirituali, quae contrahitur in baptismo & confirmatione, quia per cathecumonum contrahitur vinculum debile, per quod impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, ut habetur extra de cognitione spirituali, cap. per cathecumonum, lib. 6. Ratio quare spiritualis cognitio contrahitur per baptismum & confirmationem impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum quia secundarius finis matrimonii est dilatatio amicitiae (vt dictum est prius), sed sufficiens amicitia debetur his inter quos est spiritualis cognitio, ergo inter eos non debet esse matrimonium. Minor patet per illud quod habetur 30. q. 3. cap. i. vbi dicitur sic, ita diligenter debet homo illum qui eum sufficit per sacro fonte sicut & patre, & simile habetur questione per totum, & hoc nullam habet dubitationem de paternitate vel copaternitate spirituali.

11. Sed de confraternitate quandoque fuit dubitatio. Quidam enim dixerunt quod filii & filiae duorum copatrium vel duarum comatrum geniti post contractam copaternitatem non possunt inter se contrahere, vt 20. q. 3. post sceptum. Alii dicunt quod filii & filiae ante sue post confraternitatem geniti possunt simul contrahere, excepta illa persona per quam peruentum est ad copaternitatem, vt habetur 30. q. 3. cap. super quibus, qui canon corrigit primū. Et hie talis confirmatus extra de cognitione spirituali cap. i. & cap. super eo. Et istud est rationabilis, quia sicut duorum copatrium alter est carnis alter spiritualis (vt dictum est) si duorum contractum alter est carnis, alter spiritualis, non enim possunt dici fratres nisi sint eiusdem patris. Istud autem solum habet locum inter filium spiritualis, & filios carnales eiusdem patris & non inter alios, & ideo inter ipsos solum est spiritualis fraternitas quae impedit matrimonium & dirimit. Verumtamen duo praedicta cap. remittunt ad consuetudinem quod quidam intel-

Quæstio II.

390
ligunt circa matrimonia contrahenda & non in dissoluendo iam contracta, sed sive sic sive sic intelligatur tale impedimentum non potest esse ex natura regenerationis spiritualis, sed ex statuto iuris quod non potest impeditre matrimonium contrahendum & dirimere iam contractum secundum variam formam statuti. Si vero copaternitas sequatur nunquam impedit matrimonium quo ad vinculum, sed de actu distinguitur sic, quia aut contrahitur ex necessitate, vt quando vir & mulier in articulo necessitate baptizant proprii filium & tunc non impedit exigere & reddere debitum, aut sine necessitate, & tunc aut per ignorantiam, & sic non impedit neque reddere, neque exigere, aut per fraudem ad infiduum matrimonio, & tunc fraudulus debet agere penitentiam de delicto commissio, vt habetur 3. q. 1. ca. dictum, & cap. ad limina, quidam etiam addunt quod ille qui fraudulenter hoc fecit, potest redde debitum, sed non licet ei exigere, quod quantum sit probabilitate dictum, non inuenient tanen in iure expressum quod non licet ei debitum petere.

12. AD primum argu. dicendum quod contrariorum non est idem effectus per se & positivus, sed bene potest esse idem effectus priuatus, quia duo contraria eidem possunt opponi sicut magnum & parvum, opposuntur aequali, & hoc modo disparatis cultus tanquam nimia distantia, & omnis cognatio tam carnis quam spiritualis sicut nimia propinquitas opponuntur matrimonio & impediunt ipsum.

13. Ad secundum dicendum quod instructio aliorum per Apostolum fuit de pertinentibus ad fidem & quodammodo per modum cathecumini, & sic talis instructio ordinem habebat ad spiritualē regenerationē, propter quod aliquo modo potuit dici pater eorum spiritualis, non sic autem est de alia predicatione quae fit fidelibus de pertinentibus ad fidem & mores, quia non ordinantur ad regenerationem, sed eam supponit, verumtamen tales & quidam alii patres dicuntur, quia cum a patre naturali habeamus tria, scilicet esse, nutrimentum, & eruditio (vt dicitur, s. Ethic.) sic per similitudinem aliquando pater dicitur qui dat eis spiritualia sacramenta, aliquando qui dat alimentum verbi, aliquando qui dat disciplinam, vt prelati. Ex hoc tamen solo quod spiritualis pater conuerit eum carnali quo ad generationem contrahitur cognitio, & non ex aliis sine isto. Ex quo patet quod ex collatione aliorum sacramentorum a baptismo & confirmatione nulla spiritualis cognitio contrahitur, quia nullum sacramentum ab his duobus habet rationem regenerationis, penitentia autem magis est refutatio quam regeneratio, & extrema vnde quodam medicatio. Cetera vero ad rationem regenerationis nullo modo appropinquane.

Q Y A S T I O S E C U N D A.

Vtrum cognatio legalis impedit matrimonium.
Secundum queritur de cognitione legali, vtrum impedit matrimonium. Et videtur quod non quia ex hoc quod aliquis est alteri beneficis non contrahitur aliquod propinquitas vinculum impediens matrimonium, sed adoptio ex qua cognatio legalis oritur nihil aliud est quam collatio cuiusdam beneficij (scilicet assumptio ad participationem hereditatis) ergo per eam non contrahitur alia quod vinculum impediens matrimonium.

2. Item cura spiritualis dignior est quam cura temporalis, sed ex hoc quod aliquis subditur cura spirituali alterius non contrahitur aliquod vinculum impediens matrimonium, alioquin omnes qui habitant in parochia essent propinquus sacerdoti & filius eius non posset cum aliquo de parochia contrahere, ergo nec ex hoc quod per adoptionem trahitur adoptatus in curam adoptantis contrahitur aliquod vinculum impediens matrimonium.

3. IN contrarium est quod dicitur in litera.

4. R E S P O N S I O. Videnda sunt tria. Primum est quid sit cognatio legalis & unde causatur. Secundum est, quia cognatio legalis causatur ex adoptante quis posset adoptare. Tertium est qualiter adoptio vel legalis cognitio impedit matrimonium.

5. Quantum ad primum sciendum est quod legalis cognitio est quaedam propinquitas proueniens ex adoptione, adoptio autem est extranea personae in filium vel nepo-

Magistri Durandi de

nepotem, & deinceps legitima assumptio. Ratio autem
veriusq; istorū hinc sumitur q; ars imitatur naturā & sup-
plet eius defectum, & ideo sicut per generationē natura-
lem aliquis producit filium ita per ius positum quod est
ars æqui & boni potest sibi aliquis assumere aliquem in fi-
lium ad supplendū defectū filii naturalis, & talis assum-
ptio vocatur adoptio, & sicut natura facit de nō filio filiū
sic adoptio, propter quod dicitur assumptio extranea per
sona in filium &c, quia qui adoptatur non est talis secun-
dum rem in quaem adoptatus secundum iuris fictionē.
Sicut etiā ex generatione naturali caufatur propinquitas
consanguinitatis sic ex tali iuris fictione caufatur propin-
quitas legalis. Sunt autē duæ species adoptionis. Una im-
perfetta per quā non transfert adoptatus in potestatē
adoptantis, & hæc vocatur simplex adoptatio. Alia perfe-
cta per quā transfert adoptatus in potestatē adoptantis,
& hæc vocatur arrogatio, quia si adoptat arrogatur. i.
interrogatur an velit eū que adoptat iustū filium vel filiā
esse, & ille vel illa interrogatur an id fieri patiatur, diffe-
runt autē in quatuor. Primo quia nō potest arrogari nisi
qui est sui iuris, sed adoptatur qui est alieni. Secundō quia
arrogatus vi dictū est transit in potestatē arrogantis, sed
adoptatus nō trahit in potestatē adoptantis. Tertiō, quia
arrogatus habet de necessitate legitimam in bonis arroga-
toris, vnde siue eum emancipet siue nō debet ei quarum
pareē bonorū relinqueret, id est, legitimā suam, adoptatus
vero non habet in bonis adoptantis legitimam, vnde non
teneret ei aliquid relinqueret, si tamen ab intestato mori-
tur adoptatus, succedit ei adoptatus. Quarto, quia arro-
gatio non fit nisi auctoritate principis, sed adoptatio fit
ratione cuiuslibet magistratus competentis, vnde verius,
Arrogo qui sius est & habet meus esse necesse. Parvis ad-
opero iūnum nec patris definit esse. Est haec patris firmans
principis fatus, & sic pater primum.

5 Quantum ad secundum sciendum q; non quilibet
potest arrogare vel adoptare, sed solum ille qui potest ge-
nerare naturaliter, & non qui non potest vel spado vel ca-
status. Et ratio est, quia adoptio est in solituim liberorum
amisorum vel qui habent potuerunt, & ideo qui est tor-
liter impotens generare, arrogare vel adoptare nō potest.
Idem debet esse maior quadraginta annis nisi sit ex alia
causa necessaria, quia vñq; ad tēpū illud debet intendere
generacioni naturali, oportet etiam q; adoptās præcedat
adoptatum plena pubertate ita q; possit ipsum naturaliter
geniisse. Item adoptare non potest qui nō est sui iuris
vt filius familiæ, quia adoptio ordinatur ad suscep-
tione hæreditatis, & ideo illi soli cōpetit adoptare qui haberet
administrationem bonorum suorum, mulier etiam adop-
tare non potest nisi ei hoc à principe cōcedatur in solituim
liberorum amisorum, & sic pater secundum.

7 Quantum ad tertium sciendum est q; triplex est le-
galis cognatio. Prima quasi linea descendente q; con-
trahit inter patrem adoptantē & filium adoptatum &
filium filii, & sic deinceps. Secunda est, quasi collateralis
inter filium adoptatum & filium naturalē. Tertia est per
modum affinitatis q; est inter patrē adoptantē & vxo-
rem filii adoptati vel econuerio inter filium adoptatum
& vxori patris adoptantis. Prima haber prohibitionem
perpetuā de matrimonio cōtrahendo, vt ff. de ritu nupt. I.
quando, similiter, & tertia, vt ff. de ritu nupt. I. adoptitus,
responso primo. Secunda vero habet prohibitionem quan-
diu manet adoptio, vnde mortuo patre vel emancipato
filio possunt adiuvicem contrahere, vt exera de cognati-
one legali, cap. si qua. Ratio autem horum est, quia prima
& tertia prohibito est propter reuerentiam quam debet
habere adoptatus, & vxor eius ad adoptantem & ad vxo-
rem eius, & cum sit perpetua impedire matrimonium. Se-
cunda vero prohibito est propter interpretatiuum filia-
tionem quia prouenient ex adoptione, & ideo ea durante
durat, & ea cessante cefat. Legalis autem cognatio nō so-
lum impedire matrimonium contrahendum, sed dirimit
iam contractum, vt 30. q. 3. ita diligere.

8 AD primum argumentum dicendum q; cognatio
legalis non impedit matrimonium ratione solius benefi-
ci, sed ex statu iuris propter vinculum quod ex fictio-
ne iuris inter tales contrahit.

Sancto Porciano

9 Ad secundū argumentum dicendum quod propter
curam spiritualem nō transfert quis in potestatē patris
spiritualis, sicut per arrogationem quis transfert ei &
per adoptionem ad hoc disponitur, vt sic cohabit adop-
tius cum aliis sicut cū fratribus & sororibus, & ideo ma-
gis impedit matrimonium quām cura spiritualis.

Q VÆSTIO TERTIA.

Vtrum secundæ nuptiæ sint lictae.

Tertiō queritur de secundis nuptiis verum sint lictae.
Viderur quod non, quia penitentia nō indiget nisi
quia peccauit, sed bigamus indiget penitentia, vt dicunt
in litera & habetur, scilicet de his qui bigamiam, & cōmit-
atur pena irregularitatis, ergo videret quod secunde
nuptiis per quas bigamia inducitur non sunt lictae.

2 Item Chrysost. dicit super Mat. 5, quod secundum vi-
rum accipere secundum veritatis rationem forniciatio est,
& Ambrosius dicit quod secundum matrimonium non
est bonus, quare &c.

3 IN contrarium est quod dicit Apost. Thes. 5, Volo iu-
niores scilicet viduas nubere, filios procreare, matres fami-
lias esse. Et Abraham moriuā Sarra legitur contraxisse se-
cundas nuptias cum Cetura Gen. 25, quare &c.

4 R E S P O N S O. Dicenda sunt duo. Primum est
quod secundum matrimonium est lictū sicut & primum. Secundum est quod secundum matrimonium caret qua-
dam honestatem quam habet primum.

5 Primum pater, quia si secundū matrimonium non
est lictū hoc esset aut quia esset prohibitū aliquo iure
naturali diuino vel humano, aut quia primum praefaret
impedimentū secundo. Sed neutrū istorū potest dici,
ergo &c. Probatō minoris, quod enim matrimonium se-
cundū non sit prohibitū iure naturali pater, quia ma-
trimonium secundū est cōcōrs iure naturali quatenus est
in officium nature & in remedium concupiscentiae, sed his
indiget homo quandoq; post primas nuptias sicut ante,
& ad hoc valer secundum matrimonium sicut primum, quare
&c. Ius etiam diuinum secundas nuptias concedit, vt pa-
ter per Apol. 1. Cor. 7. Nullum etiam ius humānum dan-
nat eas quare &c. Primum etiam matrimonium non pres-
stat impedimentū secundo, quia si p̄st̄ hoc esset
quia adhuc duraret in se vel in aliquo suo effectu, sicut ex
baptismo vel confirmatione seu ordine remanet character
transiente sacramento, propter quod nulli licet bis bapti-
zari, confirmandi, vel ordinari, sed primum matrimonium
non manet in se cum soluatur per mortem alterius coni-
ugii, nec in aliquo suo effectu cum non imprimit char-
acterem, ergo nullo modo impedit secundum matrimonium
nisi cum consanguineis coniugis cum quibus per
matrimonium primum tantū est affinitas quae durat iolu-
to matrimonio, & sic patet primum.

6 Quantum ad secundum sciendū est quod p̄ter ho-
nestatem quam habet matrimonii ex eo quod est lictū
& secundum rectam rationē que honestas est communis
primo & secundo matrimonio. Primum matrimonii has
bet duas honestates quas non habet secundum. Una est
perfecta significatio coniunctionis Christi & ecclesie q; est
est vñus ad vñam, que significatio est in primo matrimo-
nio & non in secundo considerando ipsum in ordine ad
primum, quantum in secundo secundum se & præcisè con-
siderato si coniunctio vñus cum vñ. Alia est honestas
benedictionis, quia prima nuptia benedicuntur non au-
tem secundū quod est intelligentum quando sunt secunda
ex parte mulieris, quia tota illa benedicta videtur re-
spicere mulierem que postquam semel benedicta est non
debet super eam amplius benedictio iterari. Sed et sus-
pensus fæcet qui tales secundas nuptias benedit, ex-
tra de secundis nuptiis, cap. 1. de hoc tamen in quibusdam
locis hodie parum curatur.

7 AD primum arg. dicendum sicut in litera dicitur q; il-
lud intelligitur de bigamo qui infidulus est prius vxori
desiderio secunda, vel forte de illo qui prima vivente du-
cit secundam, tales enim indigent penitentia non autē ille
qui ducit secundam, extra prædictos casus & absque alia
culpa, talis tamen incurrit irregularitatem non propter
præsumam culpam sed propter defectūm perfectæ significa-
tionis sacramenti concurrente statuto ecclesiæ.

8 AD